



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1776

VD18 90118790

§. 85. Contentio inter Andagavensem Episcopum & Senatum innovata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

in ca-
vici de-
n Pro-
item a-
har-
Tefana
s Paro-
ologu-
euro-
tesimus
oppidi
oud Re-
lebant
, con-
ternut
am Pa-
n am-
æ qua-
um de-
egede-
a terci-
rti jul-
axime-
, cau-
im Pa-
ra mi-
Juli-
tia
lia erexisset, nihilominus cedendum Sæc. XVII.
erat Regis mandato, qui totam mo- A.C. 1604.
lem non noctu, uti quamplures pete-
bant, sed luce palam convelli jussit, ut
Jesuitas ab hoc crimine omnino inno-
xios fuisse, luce meridiante clarus
pateret. Ergo demolitioni manus im-
ponitur, atque in pyramidis locum
fontis receptaculum collocatur, abolita
penitus nefandi criminis memoria.

Præterea Jesuitis die vigesima no-
na Aprilis Collegium Parisiense redde-
batur, obtenta etiam facultate literas
publice docendi: Verum Parisinæ Uni-
versitatis Rector vehementer obstitit,
causa in forum delata; nec defuerunt
opponentibus insignes Patroni, imo
ipsem Cardinalis Peronius ceteroquin
Jesuitis addictissimus permoleste tulit
hoc diploma se inscio impetratum: un-
de Regi significabat, multos jam esse
Parisiis Theologiæ Doctores, quibus
præripi discipulos non conveniret. Ho-
rum igitur repugnantia factum, ut Je-
suitæ per plures annos scholas suas
aperire inhiberentur.

§. LXXXV.

*Contentio inter Andegavensem Epi-
scopum & Senatum innovata.*

Non

Sæc. XVII. Non multo post Pater Cotonus ~~Jefi~~
A.C. 1604. ta arguebatur, quod Pontificis
 Nuntium instigasset, ut hic cauſe
Thuan. hist. ante biennium motam, quæ haſtem
Franc. l. 132. quieverat, innovaret, & aduersus Scholae
 Theologicæ censuram contra Carolum Mironem Andegavensem Episcopum a Collegio Andegavensi, uti falli
 jactabatur, latam reclamaret, eoque Ludovicus Servinus Regius Advocatus plurima contra honorem Sedis Apostolice, ejusque auctoritatem huic scriptum inferuisset. Igitur die decima seculi Februarii Henricus Petraviva in Sorbonæ Aula Theologorum conventum solemniter habuit, in quo decretum, quod scriptum istud Collegii nomine vulgatum sit fictitium & suppositum neque unquam ab eo profectum, ex verso autem omnino temerarium, falsum, offensionis plenum, erga Seden Apostolicam injuriosum, schismaticum, impium esse, ac hæresin sapere constet. Id vero cum a Cognitore regio ad Senatum perlatum esset, censuerunt Patres, ut duo Theologi ex illis, qui prefato conventui intererant, proximo die unacum Collegii Syndico comparent, interdicta interim conventum celebrandi facultate, donec hanc comparuissent. His biduo post adventibus Harlæus Praeses a Petraviva que-

*Vid. Lib.
76. §. 4.*

quærebat, cuius jussu & auctoritate con- Sæc. XVII.
 ventus esset habitus: eo autem respon- A. C. 1604.
 dente, id jussu Regis factum, Harlæus
 petiit, ut de decreto seu potius libello
 famoso nuper condito rationem redde-
 ret: mox Petraviva intrepide repo-
 suit, quod ipsem et conventum celebrari
 institisset, accepto mandato ab eo, qui
 & in eum & in Senatum jus imperii
 habet. Hanc audaciam indignatus
 Præses, eum in crimen læse Majestatis
 incurrisse pronuntiat, moxque conver-
 so ad Apparitorem sermone acta deli-
 berationis sibi exhiberi petit, rursum
 que Petravivam interrogat, a quo man-
 datum conventus indicendi emanasset,
 quo respondentे, quod illud a Rege ex
 ore Cancellarii exceptum, & per illum
 Cardinali Gondio intimatum fuerit, de-
 nudo interrogabatur, cur tam infrequenti
 cætu id factum esset, reposuit Petra
 viva, triginta septem Theologos inter-
 fuisse, hunc autem idoneum esse nu-
 merum ad decretum sanciendum. Di-
 missis itaque illis Senatus censuit, ut
 Curia de tota re decerneret. Ita sup-
 pressis Sorbonicæ censuræ actis amplius
 suspensa est a Senatu deliberatio.

§. LXXXVI.

*Varii Religiosorum Ordines in Re-
 gno Franciæ admissi.*

Sub